



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Patientiam adiuuant sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Patientia adiuuant sex.

Primum est, oratio. Vnde Dominus, appropinquante passione, discipulos monuit ad orandum.

Mat. 26 Matt. Vigilate & orate ne intretis in
Esa. 19. tentationem, &c. Isa. Clamabunt
Iac. ult. ad dominum à facie tribulantis, &
 mittet eis saluatorem. Iac. ultimo.
 Tristatur aliquis uestrum oret æquo
 animo & psallat. Secundum est exem-
 plum malorum, qui tot & tanta pati-
 tur, ut peccata sua perficiant, qui co-
 tidianis cruciatibus merentur æternum
Eccle. 1 cruciatum. Ecclesiasticus. Via pec-
 cantium complantata lapidibus, & in
 fine illius inferi, & tenebræ, & pœ-
Sap. 5. na. & Sap. Lassati sumus in via ini-
 quitatis, & perditionis, & ambula-
 uimus uias difficiles &c. libenter er-
 go debent sustinere boni pro uita bo-
 na, quæ sustinent mali pro pœna æter-
 na. Tertium est, exemplum illorum,
 qui pro terrenis lucris, uel pro sani-
Iac. 5 tate corporis tot & tanta sustinēt. Iac.
 5. Ecce agricola expectat preciosum
 fructum terre, patienter ferens do-
 nec accipiat temporaneū & serotinū,
 patientes estote & uos cōfirmate cor-
Chriso. da uestra, quoniam aduentus domi-
 ni appropinquabit. Vnde Chrysostomus
 dicit. n. tēpestates pelagi nautis, uinea

milit
 torib
 spem
 cum
 peric
 poris
 pro id
 ta hor
 runt,
 feren
 poste
 est ex
 plum
 ganin
 prer i
 domi
 sustin
 stis,
 Greg
 trum
 uia q
 storu
 est.
 sti. p
 quod
 Tré.
 labor
 tate e
 bus a
 ut no
 Ber. N
 uniu

militibus, frigora & glacies agricultoribus leuia & portabilia sunt ppter spem premij téporalis, multo magis cum cælum placeat debet sentiri periculum. Item pro sanitate corporis. dicit Pater Augustinus. Cum pro ista temporali uita ac salute multa horrèda homines mirabiliter sufferunt, satis nos admoneat, quanta sufferenda sint pro uita ista, ut etiam postea possit esse eterna. Quartum est exemplum bonorum. Iac. 5. Exemplum accipite exitus mali, & longanimitatis laboris & patientie, propter ipsos qui locuti sunt in nomine domini, ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt, sufferentiam Iob audistis, & finem domini uidistis. Vnde Gregorius. Facta præcedentium patrum consideramus, & non erunt graua quæ toleramus. Nullus enim sanctorum absque patientia coronatus est. Quintum est, exemplum Christi. patientia enim Christi est quasi quoddam scutum cordiũ nostrorum. Tré. 3. Dabis eis domine scutũ cordis laborem tuum. Vnde Heb. 12. Recogitate eũ qui talem sustinuit à peccatoribus aduersos semetipsũ cõtradictionẽ ut non fatigemini animis uestris. Et Ber. Vide ne per impatiẽtiã p̄ eas, sed uniuerſa sustine p̄ deo qui maiora

Auguf.

Iac. 5a

Grego.

Tren. 3.

Heb. 12

Bernar.

pro te sustinuit . Sextum est , si consideremus ea , quæ facimus . Vnde

Gen. 42

Gene . Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum . Sic dice-

Mich. 6

bant fratres Ioseph . Miche . 6 . Irâ domini portabo , quia peccaui ei .

Grego.

Gregorius . Tunc illata conuicia bene toleramus , cum in secreto mentis ad

mala perpetrata recurrimus , & non

Isyd.

solum ea quæ fecimus , sed etiam ea quæ meruimus . Vnde Isydorus cogi-

tans hoc dicebat . Pense malum quod gessi non est tantum quod patior ,

grauior est culpa quam feci , minor uindicta quam perfero . Et notandum

quòd aliquis molestè portat quæ non meruit dicens . Si meruissem non susti-

nuissem nec sustinerem molestè . Dico

quia talis potius uult esse similis latronibus quàm sanctis . latrones enim

patiuntur ea quæ sustinent propter culpam suam . Sancti uero sine culpa

1. Pet. 2

Vnde Petrus . Hæc est gratia si propter dei conscientiam sustinet , quis

tristitiam patiens iniuste ; quæ enim gratia est , si peccantes , & collaphizati

suffertis ? sed si patienter benefacientes sustinetis , hæc est gratia apud

Idem . 4

Deum . Idem . 4 . Si exprobramur in nomine Christi beati erimus . Idem

1. Idē . 4

Nemo nostrum patiatur ut homicida , aut fur , aut maledictus , aut ali-

enorum appetitor, si autem ut Christianus non erubescam, &c.

Patientia in tribus cognoscitur.

Primo in contumeliis uerborum, in quibus benè patientia cognoscitur, sicut Gregorius dicit. Qualis quisque intus lateat, illata contumelia probat. Quæ tolerandæ sunt tribus de causis. Prima est, quia tunc magis uituperat facientem contumeliam. Vnde Hieronymus. Apud Christianos non est miser qui patitur contumeliam, sed qui facit. Secunda est, quia tunc macule illius qui maledicatur per linguam detractoris obsterguntur. Vnde Gregorius. Id circo Dominus linguas detractorum in electos laxat. ut si quid in eis elationis surrexerit, lingua detractoris eradat. multum uilipendit Dominus malos, quando de lingua eorum facit absterforium sordium bonis. Prou. 11. Qui stultus est seruiet sapienti. Tertia est, quia sæpe mala in bonis opprobria in honorem conuertuntur, sicut legitur de Dauide. Dixit Dauid cum semel ei malediceret, dimitte eum ut iuxta præceptum domini, si fortè respiciat Dominus af-

Gregor.

Hiere.

Gregor

Prou, 11

2. Re, 16